Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift



succensi. conuertabant mulieres religiosas. ⁊ primarios ciuitatis. ⁊ excitabant persecutionem in paulum ⁊ barnabam. ⁊ eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulue pedum. iuxta quod preceperat dns. in testimonium illis. uenerunt iconium. Et ingressi ciuitatem. locum sinagoga. Et ecce multitudo iudeorum ⁊ grecorum. ⁊ demorati sunt ibi multo tempore. fiducialiter predicantes. dno predicatione eorum. miraculis confirmante. Hominum tum de iudeis in uicem dulcitate principes. sustentauerunt ⁊ ad uacdiam pertauerunt aliosque gentium ad ipsius credentes. Et diuisa est ciuitas. quibusdam fauentibus iudeis. aliis fauentibus apostolis. Et cum factus esset impetus gentilium ⁊ iudeorum cum principibus suis. ut lapidarent. ⁊ lapidibus effugarent eos. ⁊ fugerunt ad ciuitates lycaonie. s. lystra ⁊ derben. Et cum hoc dicem sit uenerunt lystram. iuxta sequentiam sermonis. in sequenti u dr: Erat quidam infirmus lystris. poti dicendum fuit lystrie. Sed potest nomen ciuitatis multipliciter habere declinationem. ut dicatur. lystra lystre. Vel lystre lystram. Vel lystris indeclinabile. Vnde sequitur. Et erat uir quidam lystris. quod greco sonat in dr paulus ⁊ barnabas morabantur in lystris. Erat autem uir iste infirmus pedibus. claudus ex utero matris suae. ⁊ sedebat. quia nec ambulare. nec stare potuit. nunquam ambulauerat. hic audiuit paulum loquentem. Quem intuitus paulus ⁊ uidens spiritum sancto reuelante. quia habet fidem. ut saluus fiat. s. tantam quantam ad salutem sufficiet. Et uidens quia se saluandum credet. dixit magna uoce. In nomine domini ihu xi surge super pedes tuos rectus. Et statim exiliuit. ⁊ ambulabat. Turbe autem cum uidissent quod fecerat paulus putabant ipsum ⁊ socium suum barnabam. deos esse. ⁊ in forma humana eos apparuisse. Et leuauerunt uoce dicentes. Dii facti similes hominibus descenderunt ad nos. Et uocabant barnaban iouem. quia pater erat uidebatur. paulum autem mercurium. quia sepe iuxta eorum opinionem iouem comitabatur. qui eloquens ⁊ uirtuosus fuisse traditur. ⁊ facundiam hominibus prestare putabatur. Vnde mercurius qui medius currens. inter aures ⁊ linguas. a latinis dr: a grecis uero hermes qui interpretes dr: Sacerdos quoque iouis qui erat uicinitate. uolunt sacrificare barnabe ut iouis afferens taurum ad immolandum. ⁊ coronas. Et adornando facie templi iuxta ritum gentilium. Et ut capitibus eorum imponerent adornatum. aut per aliquam alia religione nobis ignota. Hi autem audierunt paulus ⁊ barnabas quod diuinos honores uellent eis exhibere. scidere uestimenta sua. quod semper facierant iudei. audita blasphemia in deum. ⁊ prohibuerunt sibi talia exhibi. dicentes se ho-